



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Forum Episcopale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

FAMA SEU INFAMIA.

FAMA, SEU INFAMIA.

Primo, quid sit; Vide Marian. Socin.
in cap. qualiter, & quando, de accusat.
articul. 9. Fel. in cap. veniens, si 1. de testam.
Dec. in cap. 1. de appellat.

Secundò fama, quando probet cum
uno, vel pluribus testibus, vide in ver.
testes, & text. & ibi scribentes, in cap.
præterea, de testib. Foller. in pract. crim.
6. p. n. 2. ver. item & num. 1. & cap. 1. de ap.
pellat. & ibi gl. in ver. fama, & decif. Rot.
16. de prab. in noviss. ubi ait famā solum,
nec plenam. , nec semiplenam facere
probationem.

Tertiò, duo testes sufficiunt ad pro
bandum famam , modo sint omni ex
ceptiones majores , Pen. com. 18. num. 3.
par. Direct. Inquisit. & dicit esse com
munem opinionem, vide Diaz. in pract.
crim. Canon cap. 140. de num. testimoniis ad
probandum infamiam, Vide Caiet. 2. 2. q.
69. art. 1. D. Ant. 3. p. tit. 9. cap. 7. §. 1.
Clar. quest. 6. ver. sciendum.

Quartò, fama vehemens est sufficiens
ad torturam , modo concurrant aliqui
testes, prout Grammat. d. tif. 34. nn. 51. 52.
& infra, & quando sit vehemens , vel
non, est arbitrium judicis , intelligit de
fama probata per testes omni exceptione
majores , prout *supra*, vide de hac fama,
quando adjuncta aliquibus ad initilis
in probationibus difficultibus sit sufficiens
ad condemnandum , Gram. dec. 42.
num. 2.

Quintò, fama bona in inquisitorum tol
lit unum indicium , & quod alijs esset
sufficiens ad torturam, vide eundem dec.
60. num. 12. Boss. in tit. de inquisit. nn. 24.

& num. 26. & infra, & facit, ut inculpa
tus à socio criminis, elidat tale indicium,
etiam in exceptuatis , Gram. decif. 28.
num. 17.

Sextò , fama in eis, quæ excedunt me
tam memorie humanae , satis probat, &
credulitatem inducit , l. indicia , c. dres
vend. Novel. de jure protim. §. quintus. n.
63, & 96.

Septimò , fama sufficit de morte viri,
quando prefectus esset in longinquum.
Ant. in cap. 1. in presentia , desponsi. Sylv.
ver. matrimonium. 8. quaest. 13. ver. 4. Nav.
cap. 22. num. 53.

Octavò , fama longi temporis non
probatur matrimonium , nec beneficium,
Bald. in marg. Inn. in ver. matrimonium,
non probatur.

Nonò , infamia quenam sit, quæ sit
sufficiens ad repellendum aliquem a con
sequitione beneficiorum , vel dignita
tum , vide Dyn. in cap. infamib. & addit.
de reg. iur. 1. 6.

Decimò , fama potest probari per duos
testes , gloss. recepta 1. 3. §. eiusdem ff. de
testib. & ibi Bart. nn. 11. sed non debent
dicere, quod ita audierant , sed quod à
tali , vel tali persona.

Undecimò , fama quando probet
Doctoratum, nobilitatem, & alias simi
les qualitates, & quando probet, licet te
stes non dicant à quibus audierunt , &
quando etiam cum uno teste non pre
bet. vide Caput aq. decif. 7. par. 2.

FORUM EPISCOPALE.

Primo, quot modis quis contrahat
vide Gl. in c. 1. 3. q. 6. c. fide foro compet
cap.

*cap. Romana, §. contrahentes, eo tit. lib. 6. & prop. actica, ne quis decipiatur, vide omnino Cov. pract. quæst. cap. 20. perto-
tum. ubi ad amissim examinat d. §. con-
trahentes, vide etiam inferius. in ver. re-
missio rerorum.*

Secundò, forum Episcopale debet habere Pandectam, seu tabulam, ubi taxantur omnes expensæ, & sumptus, seu sportulae, & quicquid contingat actuarii, & imitari, quod in curia Archiepiscopali, vel Metropolitana observatur, argumen. c. de iis, 12. dist. etiamsi sint ex-
empti Episcopi, arg. cap. 2. sess. 24, Conc.
Trid. de refor. & vide in ver. sc. 30. Et ad officium judicis spectat determinare sala-
aria, quæ dantur exercentibus aliquod ministerium in causa, puta causidicis,
cap. statutum. §. notarius, & ibi Gemin. de prescripte. lib. 6.

Tertiò, animadvertant locorum Ordinarii, ne pro dimissoriis, seu testimoniali-
bus litteris solvatur ultra premium taxa-
tum à sac. Conc. Trident. sess. 21. cap. 2. de
reform. & dixi in ver. dimissorie, §. 7. &
circa copiam processus, vide in ver. ap-
pellatio 20.

Quartò, in foro Episcopali magis-
triactorum, an debeant esse tabellio-
nes Notarii necessariò? Respondeatur
quod non, *cap. quoniam contra, Etib. gloss.*
in ver. duos, de probat. & sic servatur de
confuetudine, Mar. 6. p. aet. 10. numero
23. & 24. secus in Curia laicali in regno, ut
ibi. num. 20.

Quintò, in foro Episcopali debent esse servientes pro mittendis citationi-
bus, edictis & aliis provisionibus ad loca,
in quibus rei morantur, qui alicubi vo-

cantur servientes, alibi surfores, alibi ju-
rati, sive balivi, Hostiens. in summo tūb.
de offic. iud. §. quando, numero 4.

Sextò, de pœnis trahentium personas, ecclesiasticas ad forum laicale pro causis, ad forum ecclesiasticum spectantibus, vide Mart. V. Bul. quinta, quæ incipit, ad reprimendam, & incident tales in excom-
municationem Bullæ Cœnæ Domini, Navar. consil. 33. de sent. excomm.

Septimò, pro delictis mixtis, si quem puniri judec ecclesiasticus, potest etiam ille, qui delinquit a judece temporali puniri, unde judec ecclesiasticus, qui præ-
venit, non debet reum remittere, nec inhibere judici temporali, si vellet eum postea castigate, Navar. consil. 1. de foro, compet.

FASCINATIO,

PRIMÒ, fascinationem veram esse est vi-
dere ad Galatas cap. 3, & ibi D. Thom.
lect. I.

Secundò, quomodo, cur, & quando accida t, vide Sylvest. libr. I. cap. 11. punct. 1. de Strig. I. & libr. 2. cap. 13. punct. ult. circa ult. & Laur. Anan. libr. 4. fol. 205. quæ o-
mnia sumpsit ex Sylvest. & D. Thom. &
Marsil. Ficinio, in locis citandis, & po-
test tripliciter contingere. Primo, & mo-
tu cordis, quo corpus immutatur, oculi-
que inficiuntur. Secundò, ex vehemen-
ti malitiosa que in facinando imaginati-
one. Tertiò, & quodam anuum natura-
ob retentam menstruam purgationem,
corrupta, qua transmissos ex talium ocu-
lis vitiulos spiritus, ita aerem inficiunt, ut
tenella puerorum lumina introeuntes,
totum